

dies non pecietur ratio ex predictis, pignus reddatur illi qui illud dedit, ita ut ex tunc in antea nulla questio ualeat inde moueri. Si uero in dando pignus insufficiens (6) A. 227* aliqua differencia (7) inter querentem ¶ et quesitum oriretur, tunc secundum quod iudex uel iudices super hoc electus uel electi statuerit uel statuerint, utraque pars debeat obseruare. Saluis questionibus quas debent nostri consules diffinire (8). Hoc intelligimus in naue (*ecc. come al cap. LXXXI*) (b).

St. Tiep. 43. — Tarr. 46.

(6) insuficiens — (7) diferencia — (8) difinire.

(b) L'obbligo del pegno e il breve termine di perenzione furono, il primo, abolito, ed il secondo prolungato a giorni trenta con statuto del doge Francesco Dandolo (Novissima stat. ven., ed. 1729, p. 117). (A. S.).

LXXXIII (1). *Qualiter obseruari debet (2) si aliquis rebellis (3) fuerit in dicto pignore dando.*

Decernimus quod si aliquis rebellis (3) fuerit tam in non dando pignus quam in dando pignus insufficiens (4) Q. 101 secundum arbitrium iudicis uel iudicum, ¶ ex tunc in antea liceat querenti rationem tantum (5) intromittere de bonis quesiti que sunt in naue, ut ex (6) ipsis differenciis (7) atque discordiis ualeat esse securus. Si autem bona A. 228 eius non fuerint in naue, ipsi (8) iudices debeant ¶ tollere tantum ex bonis eius, ubicumque fuerint, quantum eis bonum super hoc apparuerit; et per hoc non remaneat quin (9) nauis discaricaretur. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto.

St. Tiep. 44. — Tarr. 47.

Var. in Q: (1) XCVI. — (2) *debeat* — (3) *rebelis* — (4) *insuficiens* — (5) t. *omesso*. — (6) *ex omesso*. — (7) *diferenciis* — (8) *naue ipsius*, — (9) *quod*